

DOCTRINA, VIRTUTE ET PIETATE EXIMIA PRAEDITO, DOMINO HIE-

RONYMO KAWEN amico suo
haud vulgari, S. D.



Ec sine causa, nec sine exemplis autor Epistole ad Hebræos coniugium nomi-
nat *Ἱμιον* seu Honorandum, ubi inquit: *τίμιος δὲ γάμος ἐν παύσι* Nequaquam enim latue-
runt virum sanctum ac in sacris literis exercitatissimum gravissima Encomia, quibus
non tantum sancti Patriarchæ, aliisque veræ Ecclesiæ lumina & sancta *DEI* organa,
sed etiam casti Angeli, atque adeo tota Diuinitas inde usque ab initio mundi ordinem il-
lum ornarunt.

Laudandum est itaque consilium tuum, Hieronyme non vulgaris amice, quod motus diuinis
decretis in coniugio, sanctissima *DEI* ordinatione, quam in impuro cælibatu vivere maluisti.

Quò autem sanctius est hoc vitæ genus, eo crudelius Satanam odio *DEI* ardentem omnibus
mundi temporibus illud persequutum esse constat, ita ut quotidiana experientia adhuc testetur,
ipsum adeo insidiosè ordinis huius homines captare, quasi omni studio & conatu vel hoc vnum
agat, quò pios coniuges in mala inextricabilia præcipitare, facultatesque eorum pessundare ac fundi-
tus euertere possit, Quod quidem ipsi, tanquam mundi huius principi factu non esset difficile, Nisi
DEVS Opt: Max: Primus huius ordinis autor piorum precibus admonitus ees pro sua bonitate
aduersus potentiam & insidias clementer tegeret, conatus ipsius retunderet, omnisque generis peri-
cula

G 3

cula